

CATALOGUS DEFUNCTORUM

in renata Societate Iesu
ab a. 1814 ad a. 1970

P. Rufo Mendizábal, S. I.
collegit

ROMAE

Curia Gen. S. I.
Borgo S. Spirito, 5

Archivum Hist. S. I.
Via dei Penitenzieri, 20

CATALOGUS DEFUNCTORUM
in restaurata Societate Iesu
a die 7 augusti 1814
ad diem 30 septembris 1970


Da nobis, quaesumus, Domine, per intercessionem beati Patris Ignatii Sanctorumque omnium, qui sub sanctissimi nominis Iesu vexillo ipso duce militarunt, ita tibi perfecto corde servire, ut post huius vitae cursum gloriosi exitus illorum consortes esse mereamur. Per eundem Dominum.

**CATALOGUS
DEFUNCTORUM**

**in renata Societate Iesu
ab a.1814 ad a.1970**

**P. Rufo Mendizábal, S.I.
collegit**

Romae, apud Curiam P. Gen.-1972



SOCHII 32.237, QUORUM NOMINA IN HOC VOLUMINE IN-
 SCRIPTA, CARISSIME LECTOR, REPERIES, TOTIDEM PAL-
 MITES SUNT, QUOS VERA VITIS, IESUS CHRISTUS, PER
 ANNOS 155 IN SUA SIBI RENATA SOCIETATE CONIUNXIT,
 FIDELES AD MORTEM USQUE IN EADEM SERVAVIT, SUI
 SEMPITERNI GAUDII, UT PIE CREDIMUS, SIMUL CUM AN-
 TIQUAE SOCIETATIS PALMITIBUS NUNC IN CAELIS PARTI-
 CIPES REDDIT *****

Tibi, *Sancte Iosephe Pignatelli* (1), quem Benedictus XV "restauratorem Societatis Iesu" indubitanter appellavit (2), quemque domesticae nostrae memoriae tanquam anulum maxime conspicuum antiquam inter et restauratam Societatem Iesu considerant (3), hunc memorialem libellum sociorum, hucusque in totali restaurata Societate (1814) defunctorum, humiliter ac devote submittimus.

(1) 1737 - 1811

(2) *L'Osservatore Romano*, 20-21 febr. 1933.

(3) *Acta Romana*, VII, p 299.

P R O L O G U S

Catalogi defunctorum in S.I. vicissitudines breviter texere iuvat: agimus autem tantummodo de catalogo typis dato, non de documentis manuscriptis vel dactylographatis, quae in archivis asservantur.

P. Alexander Vivier (1841–1924 Prov. Fr.) feliciter sibi proposuit necrologia iesuitarum primi saeculi renatae Societatis ex diversis fontibus hausta in unum colligere. Anno 1897 edit duo volumina eodem titulo ornata: *Nomina Patrum ac Fratrum qui Societatem Iesu ingressi in ea supremum diem obierunt, 7 augusti 1814–7 augusti 1894* (Paris, R. Leroy): quorum alterum maius et extensius (XXIII–763p, 30x16), necrologia pleniora chronologico obitus ordine disposita, adiecto indice alphabetico, alterum (XII–259p, 19x12) eadem abbreviata, alphabetico cognominum ordine collocata, continebat.

Post mortem Patris Vivier Romam, in Curiam Generaliciam, scripta, quae ad catalogum defunctorum pertinebant, missa sunt. Inter quae, sunt:

a) exemplar catalogi editi, plurimis correctionibus ipsius manu scriptis, ad alteram editionem praeparati;

b) manuscriptum, cui titulus *Catalogus defunctorum S.I. continuans opus a. 1897 editum. Nomina PP. ac FF. in Soc. defunctorum 1894–1914*;

c) *Nomina PP. ac FF. qui Soc. Iesu ingressi Albam Russiam incoluerunt ab a. 1773 ad a. 1820 et in eadem Soc. Iesu vita sunt functi*;

d) innumerae epistolae, unde P. Vivier correctiones sui catalogi deprompsit.

A die 14 augusti 1914 nova pleniorque ratio instituta est ad Nostrorum necrologia exhibenda (cf. AR II, p. 197), tum in *Acta Romana* vol. I. p. 101 (usque ad mensem octobrem 1918) et in *Memorabilia S.I.* ab a. 1918, tum consequenter in singularum Provinciarum catalogis. Per annos 1914–1926, quotannis duplici elencho necrologia edebantur, altero chronologico, alphabetico altero. Per annos 1927–1948 singulis annis tantum elenchus chronologicus, singulis voluminibus (unumquodque plures annos continet) unicus elenchus alphabeticus prodibat. Ab a. 1948 periodicum *Memorabilia S.I.*, olim trimestre, factum est mensile, et elenchus annuus defunctorum cessavit. Praeterea a. 1961 etiam *Memorabilia S.I.* cessavit, ut annuali commentario *Gesuiti* locum cederet. Attamen, catalogus defunctorum oblivioni non traditus est: nam anony-me a. 1963 editus est (a P. Ios. Ortscheid, S.I.) *Catalogus defunctorum in S.I. (1958–1962) cum indice alphabetico defunctorum (1947–1962)*. Hic catalogus 30 septembris 1962 absolutus est: tribus mensibus elapsis, a mense ianuario 1963 usque ad hodiernum diem apparent folia bimestralia, in quibus brevius quam antea, chronologico ordine necrologia nuntiantur.

Sufficit profecto haec succincta recordatio, ut intellegatur, quantum temporis impendendum sit ad certum necrologium inveniendum, ubi tot indices alphabetici, et quidem diversimode collocati, existunt et ubi indices alphabetici per plures decadas desunt.

Nemo non subscibet locutioni, quam P. Vivier in litteris (12. 3. 1897) ad P. Ludovicum Martin, Generalem S.I., scribebat et suo *Catalogo defunctorum S.I.* praeposuit: *Iis qui de nostris rebus scribunt, non dubito quin utilis futura sit haec recordatio, ubi notata invenient temporum, locorum et personarum adiuncta quorum notitia ad scribendam historiam permagni interest.*

Ne igitur ii qui de nostris rebus scribunt aut scire cupiunt tempus terant, operae pretium mihi visum est haec omnia necrologia in unum colligere; ubi opus esset mihique facultas non deesset, corrigere; quoad nomina locorum, in vernaculum sermonem, attenta hodierna divisione politica, vertere; unico indice alphabetico instruere.

Itaque benevolum lectorem moneo me, neque documenta in archivis reposita, neque innumeras litteras ad P. Vivier, occasione catalogi ab eo editi datas, neque elenchos defunctorum, quos aliquae Provinciae pro suis defunctis pie ediderunt, evolvisse.

Fontes igitur huius catalogi sunt: *Catalogus* a P. Vivier editus et ad alteram editionem paratus (1814–1894); *Catalogus* a P. Vivier manuscriptus (1894–1914); *Acta Romana S.I.*, vol. I, II (1914–1918); *Memorabilia S.I.*, vol. I–VIII (1918–1947); *Catalogus* a P. Ortscheid paratus (1947–1962); *Catalogi Provinciarum S.I.* Ad loca quod attinet, praeter *Atlantem Geographicum* a P. L. Carrez, S.I. dispositum (Paris S. Colombes 1900), recentibus lexicis usus sum.

Fontes autem, quibus P. Vivier usus est, in praefatione operis eius (p. XXI) videre licet.

Qui menda in meis fontibus deprehendi, sentio me meis praedecessoribus diligentiorum non fuisse: ideoque iure praesumo menda huic catalogo non deesse. Quamobrem precor ut, si quis ea deprehenderit, nota huic Curiae (ego enim iam delibor) faciat, non sperans ut confestim nova editione reparentur, sed se-rens arbores quae alteri saeculo prosint.

Fine et extensione huius catalogi adumbratis, aliqua de ratione qua necrologia exarata sunt, praemittuntur:

1. Ordo necrologiorum
2. Categoria
3. Nomen, cognomen
4. Tempus:
 - ortus
 - ingressus
 - ordinationis
 - gradus
 - obitus
5. Nomen loci (ortus et obitus)
 - A) de urbibus
 - B) de circumscriptionibus
 - C) de nationibus
6. Ingressi. Provinciae
7. Indices:
 - locorum sine circumscriptione
 - circumscriptionum abbreviatarum
 - circumscriptionum addita natione
 - mutationum nominis latini
 - mutationum nominis non latini
8. Abbreviationes:
 - verborum
 - librorum
 - signorum
 - nominum abbreviatorum personarum provinciarum, viceprovinciarum (indep.) et missionum (indep.)

1. ORDO.— Necrologia chronologico obitus ordine disposita sunt. Si dies obitus ignoratur, necrologium in fine mensis collocatur; si etiam mensis latet, necrologium ad finem anni reicitur: quodsi etiam annus *omnino* deficit, necrologium anno apponitur, quo id in catalogo S.I. exhibetur (*omnino*, inquam, quia haud raro datur probabilis annus: tunc huic anno adicitur).

Haec ignorantia praesertim tempore belli evenire solet: transacto aliquo tempore, obitus saltem probabilis in catalogo nuntiatur, ideoque non solet idem esse tempus obitus et nuntii. Sic, sex sociorum Germaniae Superioris qui per plures annos in catalogo sub titulo *Nondum a Russia reversi* inter vivos collocabantur, in catalogo 1957 necrologia inscripta sunt sub titulo *Suffragia praescripta sunt pro NN. e bello in Russia non reversis*. Hucusque, ex his quorum exitus ignorabatur, P. Andreas *Arámburu*, qui in turbulentis rebus hispanis ut mortuus a. 1937 habitus est (cf. *Mem* VII, n. 57), vivebat et a. 1949 in pace Xti requievit (cf. *Mem* VII, nn. 57, 327); P. Walter *Ciszek*, qui in carcere russo a. 1943 mortuus censebatur (cf. *Mem* VIII, p. 246), e Russia in USA mense octobri 1963 rediit.

2. CATEGORIA. — Necrologio anteponitur socii categoria ope abbreviationis: *em* (Eminentissimus), *ee* (Excellentissimus ac Reverendissimus), *rp* (Admodum Reverendus Pater Generalis), *p* (sacerdos, etiamsi scholasticus vel novitius obierit), *s* (scholasticus), *c* (coadiutor temporalis), *?* (incerta categoria: nn. 182, 2494*). Praeterea sunt 2 *nov. admissi* (nn. 8962*, 20091) et 1 *postulans* (n. 2494*).

3. NOMEN, COGNOMEN. — Ante 8, 8, 1914 in elenchis necrologicis cognomen nomini praeponitur: postea autem ordo invertitur. In hoc catalogo prior ordo semper servatur, tum in corpore catalogi, tum in indice alphabetico.

P. Vivier in praefatione (p. IX) plura de nominibus monet:

- a) *Primis annis praesertim, et pluribus in Provinci-*

is, quisque videtur potuisse ad libitum nomen suum verum nomine altero, quod sua cuique pietas suggerbat, mutare; quorum nominum frequentissima sunt Iosephus et Franciscus Xaverius. Quoties verum nomen detexi illud in textu scripsi, alterumque ad imam paginam reieci [in hoc catalogo, alterum inter uncas traditur].

b) *Saepe in Societate, multiplici ratione aut causa, nomen sociorum fuit altero ficticio mutatum. Quoties verum nomen assecutus sum, illud restitutum in textu ipso inscripsi, suppositum ad notas reiciens [in hoc catalogo suppositum inter uncas traditur], in indice vero, utrumque dedi suo ordine alphabetico. Pro anglicis nominibus, opus Fr. Henrici Foley, cui titulus Records, consului (tom. VII, p. 885..., Aliases).*

c) *Plura sunt [cog]nomina sociorum composita, quorum pars tantum legitur in Provinciarum catalogis: v.gr. P. de Ravignan, P. Losa (Gromo): quae completa legerentur: P. de la Croix de Ravignan, P. Losa Gromo de Ternengo. Ex illis quae complere potui, in notis complevi, in textu vero... partem inscripsi solam, quae legitur in catalogis annuis [in hoc catalogo pars completiva inter uncas additur].*

His monitis Patris Vivier addenda sunt haec alia:

Nomina plerumque forma latina proferuntur. Excipiuntur nomina quibus nunquam vel raro forma latina data est, ut *Abdallah, Burke, Clyde, Leslie, Kenneth, Wallace* et his similia.

Usus communis postulat, ut ex duobus cognominibus quae nomen consequuntur, adhibeatur tantummodo unum, nempe prius, quod plerumque solet esse paternum: tamen apud lusitanos maternum praecedat paterno, quo generatim utuntur. Haec regula in hoc catalogo servatur: exceptio, si qua cognoscitur, animadvertitur (v.gr. nn. 755, 777, 5021, 10485, 11463, 12459...) vel, ubi oportet, referentia fit posterioris ad prius cognomen.

Hisce postremis annis in pluribus catalogis hispanis mos invaluit inscribendi utrumque cognomen, quod in documentis officialibus exigitur; nos tamen in hoc catalogo maternum omittimus, praeter hunc casum

necessitatis. Cum plura cognomina, exempli gratia *García, Gómez, González...* valde communia sint, necessitas oritur inveniendi aliquam discriminandi rationem: *ore* sive solum maternum, sive utrumque adhibetur, *scripto* sive paternum omittitur, sive sola initiali littera innuitur. In corpore catalogi utrumque (si nobis notum sit) scribimus; in alphabetico indice, etiam utrumque constat sub initiali prioris, sed addimus seorsim posterius, quod refert ad prius.

4. **TEMPUS ortus, ingressus, ordinationis, gradus, obitus.**— Brevitatis causa, mensis non litteris sed numeris indicatur (nisi ad vitandam ambiguitatem litterae adhibendae sint: v.g. nn. 134, 283). Tempus ordinationis in necrologiis inceptit a mense octobri 1954.

Notum est Patres nostros, ait P. Vivier (praef., p. XIV), *dum Albam Russiam incolerent, in supplicandis temporibus vetere stilo* [hic dicitur: calendario iuliano], *secundum regionis morem, usos fuisse. Inde nonnunquam orta est confusio, sive ante 1820 pro sociis in Albam Russiam aliunde venientibus, sive post 1820 pro sociis ex Alba Russia expulsis* [vide exemplum, in n. 668]. *Quoties illam confusionem deprehendi, vel in ima pagina notavi, vel tempus debitum in textu restitui.*

Tempus et locus obitus iesuitarum a. 1936–37 occisorum in *Memorabilia S.I.* ignoratur: post aliquot annos prodierunt aliqui libri, in quibus haec et alia multa claruerunt: BIBILONI Juan S.I. 1888–1964. *Notas para la biografía de los Padres y Hermanos de la Compañía de Jesús de la Provincia de Aragón sacrificados por Cristo en 1936 y 1937.* Barcelona, Imprenta Revista *Ibérica* (1941), 283p., ill., 21x14.—BATLLORI Michael, S.I. 1909. *Los jesuitas en el Levante rojo Cataluña y Valencia, 1936–1939.* Barcelona, Imprenta Revista *Ibérica* (1942), 271p., 20x13.—(Anónimo) *ESTAMPAS de martirio. Víctimas de la Compañía de Jesús en la Provincia de Toledo, durante el período rojo de 1936–1938.* Madrid, 1944, 46p., ill., 17x12.—MONTERO MORENO Antonio. *Historia de la persecución religiosa en España, 1936–1939.* Madrid, Editorial Católica, 1961. XL–883p., 20x13. B.A.C., 204.

5. **NOMEN LOCI ortus et obitus.**— Urbes (sive magnae, sive parvae) proferuntur, vel simpliciter vel addita inter uncus circumscriptione aut natione. De urbibus, circumscriptionibus et nationibus aliquid dicendum est.

A) De urbibus. a) Etsi plerumque urbium nomina exhibentur sermone nationis ad quam hodie pertinent (scribimus *Aachen*, non *Aix-la-Chapelle: Roma*, non *Rom, Rome, Rzym*), cum agitur de nomine auribus occidentalibus insueto, malui uti vocabulo ab occidentalibus magis usitato. Sic, dicimus *Le Caire*, non *Misr al-Qahira; Alexandrie*, non *al-Iskandariyya; Tripoli*, non *Tarabulus...*

b) Plura loca, sive mutatis nationum finibus, sive aliis de causis, labente tempore, diversa nomina sortita sunt. Sic, urbs *Porto Re* vocata dum ad Italiam pertinebat, nunc *Kraljevica* (Croatie) in dictione Iugoslaviae dicitur. *Kassovia*, in ore hungarico *Kassa*, ab a. 1920 vocatur *Košice*, in Slovakia; *Borgo S. Donnino* hodie nominatur *Fidenza* (Parma); *Trichinopoly* in India, hodie *Tiruchirapalli* nuncupatur.

In his casibus, brevitatem sectans, in corpore catalogi nomina enuntio sicut in natione ad quam hodie haec loca pertinent; prologo autem (n. 7) adnexui quintum indicem, in quo antiquae denominationes, alphabetice dispositae, hodiernis denominationibus associatae inveniuntur. (1)

Fateor non semper mihi licuisse, tum ob incorrectam scriptionem, tum ob defectum librorum, hodierna nomina substituere. Interdum incorrectam scriptionem certo corrigere valui: interdum eidem, praeposito asterisco, probabilem correctionem inter uncus adiunxi. Deficientibus libris, nomina retinui, sicut in fontibus repperi.

c) In aliquibus nationibus, ut in Belgio, loca binis nominibus olim saepe proferebantur.

Tunc huiusmodi loca nos vocamus, prout ea in fontibus invenimus, unde necrologia hausimus. Sic, *Gand/Gent, Louvain/Leuven, Anvers/Antwerpen...*

B) De circumscriptionibus. Generico circumscriptionis nomine designare intendo illam extensionem geographicam, alio vocabulo in alia natione (comitatu, districto, dioecesi, provincia, statu...) nuncupatam, ad quam locus pertinet. Ea inter uncus loco addi solet, ad loci cognitionem faciliorem reddendam.

a) *Omissio.* Ideoque circumscriptio omittitur: 1) cum loca sunt valde nota: v.gr. *New York, Milano...*, *Avignon, Castel Gandolfo...* et pleraque capita nationum (*Paris, London...*); 2) cum in catalogo saepe redeunt: *Azpeitia, Chieri, Loyola, Pau, Poughkeepsie...*; 3) cum a magnis urbibus absorpta sunt: *Sarriá* (–Barcelona), *Wimbledon* (–London), *Deutz* (–Köln)...

Attamen loca, quorum circumscriptio in catalogo omissa est, alphabetice ordinata et cum sua circumscriptione adiuncta, in primo indice prologi (7) reperiuntur.

Sunt aliqua nomina loci notissima, quae alia loca mutuata sunt: v.gr. *Washington* non solum caput USA, sed etiam alias urbes in pluribus statibus [*Georgia, Illinois, Indiana, Iowa, Kansas, Louisiana, etc.*] sitas designat. *Paris* est caput Galliae, sed in USA sunt 5 urbes eodem nomine nuncupatae ad diversos status [*Ark., Ill., Ky., Tex., Wisc.*] pertinentes. In his casibus circumscriptio urbibus mutuatis additur, non autem loco primitivo.

b) *Quo modo exprimitur circumscriptio.* Triplici modo: 1) plerumque integra scribitur et inter uncus includitur; 2) in sex nationibus (Australia, Canada, Mexico, Polonia, URSS, USA) omnes et in duabus (Australia, Belgium) aliquae exhibentur abbreviatae. Ad has omnes abbreviationes enodandas confert secundus index prologi (n. 7); 3) linea subducta. Hic tertius modus adhibetur in locis, quorum circumscriptio est homonyma. Sic *Barcelona, New York*, designant urbem (non circumscriptionem), earumque circumscriptionum natio invenitur (sicut ceterae non homonymae) in tertio indice prologi (n. 7).

C) De nationibus. Brevitatis causa, in corpore catalogi, circumscriptioni natio non apponitur, quia in tertio indice prologi (n. 7) semel pro semper apposita facta est.

Natio tamen apponenda est, saltem abbreviata, ad solvendam rationabilem ambiguitatem: v.gr. *Santander, Esp.?, Col.?*; *Córdoba, Esp.?, Arg.?* Rationabilem, inquam, quia, etiamsi in lexico geographico poterit quis plura loca homonyma invenire, ex adiunctis plerumque nullum dubium rationabile exstabit.

Natio (inter uncus) exprimitur etiam cum ignoratur circumscriptio, vel locus et circumscriptio et solum natio scitur.

Inclusio inter uncus tum circumscriptionis tum nationis fit ad ambiguitatem expellendam.

(1).- Probe nota geographica loca explicari indicationibus terrarum et rerum publicarum iuxta earum configurationem hodiernam; qua re tamen nullo modo quaestiones iuris de singulis territoriis (v.g. regionibus ad Mare Balticum sitis) tangere intendimus.

Sic, natus in urbe México notabitur: n. México; natus in ignoto loco status Mexici; n. ? (México); natus in ignoto loco nationis mexicanae: n. ? (México, nat.).

In hoc catalogo Kwango Rempublicam Democraticam designat, cuius caput est Kinshasa (olim: Léopoldville): Congo-Bra refertur ad Rempublicam, cuius caput est Brazzaville (cf. n. 27614).

d) Sunt loca, quae ob diversas rationes potius quam nomine urbis vel municipii cognoscuntur nomine partis alicuius urbis: sit exemplum notissimum Lo-yola, pars municipii Azpeitia.

Huiusmodi nomina a nobis exhibentur, nulla addita circumscriptione: ideoque, si opus sit, in primo indice prologi (n. 7) recensita reperiantur.

P. Vivier ad circumscriptiones et nationes designandas, aliquando latina, aliquando vernacula nomina usurpat. In hoc catalogo nomina latina non adhibentur, sed hodierna: quodsi haec extra nationem parum nota sint, nuncupatione occidentali late usurpata preferuntur. Sic pro Gallia, Hibernia, Mesopotamia, Nubia... Ireland, France, Iraq, Soudan... invenies: tamen non adhibui Misr Djabal Libnam, Hrvatska, Tukiye Cumhuriyati, Al-Maghrib al-'Aqsa pro Aegiptus, Libanus, Croatia, Turcia, Marochium, sed Egypte, Liban, Croatie, Turquie, Maroc... Mutationes latinorum vocabulorum reperiuntur collectae et alphabetice ordinatae in quarto indice prologi (n. 7).

6. INGRESSI. a) Quod spectat ad membra antiquae Societatis in ordine ad Societatem restitutam, P. Vivier quinque classes distinguit: 1) ii qui vota sua non renovarunt; 2) ii quorum ingressus post restitutam Societatem non est certus; 3) ii qui in foro interno a P. Generali rite cooptati, obierunt domo sua, nulli Provinciae annexi; 4) ii qui in foro interno a P. Generali rite cooptati, postea in foro externo alicui Provinciae attributi sunt; 5) ii qui restitutam Societatem aperte et stato die ingressi sunt. Summodo sociorum 4.ae et 5.ae classis necrologia collegit. Sed sociis 5.ae classis annumerandi sunt antiqui iesuitae, qui tardius, immo morti proximi, ad Societatem restitutam redierunt: Societatem anhelantes prohibiti sunt ne maturius nomen illi suum darent, sicuti pluribus exemplis (duo exempla P. Vivier refert) historice constat.

b) Quod spectat ad membra renatae Societatis, qui bis vel saepius eam ingressi sunt, P. Vivier distinguit: eos quorum tantummodo ultimus ingressus, et eos quorum primus ingressus in necrologio memoratur: pro iis postremis adhibet locutionem *abest a catalogo ab anno... ad annum...*, qua factum (extra Societatem vixisse) indicare, non facti rationem scrutari intendit (cf. nn. 1072, 1422, 4477, 9566, 12831).

c) Admissos in articulo mortis P. Vivier inscripsit, quorum nomina in catalogis legerat vel quos certo compererat in corpus Societatis cooptatos fuisse, non vero illos, quibus tantummodo promissum est se postea receptum iri. Quae nomina repperit dubia, ea in elencho sociorum dubiorum inscripsit (in pag. 307 reperiuntur).

d) Nunc aliqua dicam de 28 sociis a P. Vivier deletis in exemplari sui catalogi defunctorum quo ad secundam editionem parandam utebatur. Cum ipse aliquem ex his in necrologio, cuiusdam catalogi S.I. reperissem, operae pretium esse duxi omnes hos numeros accuratae investigationi subicere. Ad hoc autem auxilium a Patribus archivi romano S.I. addictis (P. E. Lamalle, I. Fejér, I.M. Paláu, quos gratissimo animo nomino) expetivi, nec frustra: sic enim inveni 15 non esse delendos, sed in hunc catalogum transferen-

dos.

Numeri a P. Vivier deleti, adiectis inter uncas cognomine et numero nostri catalogi, sunt: 401 (G. Anderton, 408), 457 (I. Redmond, 467), 476 (I. Brooks, 486), 508 (E. Preston, 519), 721 (C. Montault, 731), 744 (L. Soëte, 784), 776 (I. Nobili, 786), 1686 (I. Adams, 1693), 1909 (I. Ferro, 1921), 2047 (Th. Wade, 2058), 3456 (Ch. Langdale, 3472), 4297 (G. Marchant, 4315), 4869 (A. Bramford, 4887), 6259 (X. Pigelet, 6273), 7615 (D. Prati, 7631).

In ceteris numeris deletis agitur de 6 iesuitis (nn. 67, 68, 144, 226, 471, 1412) antiquae Societatis, de quibus non constat in renatam Societatem admissos esse; et de 7 iesuitis qui una vel alia ratione in necrologiis catalogorum (Vita functi) non sunt inscripti. Inter hos vidi los. Gazara, n. 1297, dimissum e novitiatu a. 1842; A. Filipponi, n. 1680 (n. 13,2,1789; i. 22,5,1805; sacerdotem et prof. phil. in coll. Panormitano): sch. a. 1876 dimissum; consecratum Ep. Neritonen. 27,1,1842. - 24,1,1851); C. Curci a. 1877 e Societate dimissum; de quo apud Sommervogel legitur in Societatem denuo rediisse (14,5,1891) et paulo post (17,6,1891) obiisse in Caraggi, prope Florentiam; videtur autem agi non de admissione in novitiatum, sed de emissionem votorum imminente morte cuius mentio in catalogo fieri non solet.

e) Insuper notandum est P. Vivier ex suo elencho dubie ingressorum (praefatio p. XVIII-XX), qui 33 sociis constabat, 5 socios ad catalogum certo ingressorum (2.ae editionis) transtulisse. In nostro catalogo hi socii inveniuntur in n. 134 (I. Blanco), 216 (E. Eguzquiaguirre), 286 (B. Espinosa), 433 (Gofaszewski), 237 (P. Nadales).

f) Denique de 5 apud Vivier et 1 apud Mem omisis agendum est. Hi sunt: Carolus Nerinckx (1761-1825), sacerdos saecularis, qui in Marylandia iesuitas multum adjuvit: ex inadvertentia exhibetur tamquam iesuita in AHSI (Index I-XX p 133): apud Vivier non invenitur.

P. Ignatius Rossi. De eo scribit Sommervogel (VII, 168): *Il fut nommé professeur d'hébreu au Collège Romain et l'enseigna pendant 30 ans. Le P. Rossi rentra dans la Compagnie, après son rétablissement, et mourut au Collège Romain, le 25 novembre 1824.* Attamen P. I. Rossi non invenitur apud Vivier, et iure: nam etiam in catalogis S.I. Prov. Romanae hoc nomen non legitur. In Supplimento [sic] alle Notizie del Giorno, n.49, 2 dec. 1824 (cf. ARSI, Prov. Rom., Summaria vitae, I, fol. 271) est curriculum vitae huius egregii professoris, qui ad antiquam Societatem Iesu pertinuit, et munere professoris linguae hebraicae in Collegio Romano fungebatur: elogium vero his verbis absolvitur: *Mori in Roma nella Casa del Collegio Romano non diviso da' suoi Gesuiti alla qual felicità da molti anni aspirava.* Informator accurata locutione expressit unionem affectivam, non effectivam, defuncti cum Societate Iesu.

ee Benedictus Ios. Fenwick. Verum est nomen eius a catalogo S.I. disparuisse, sed hoc fuit a. 1825 cum creatus est Ep. Bostoniensis: fortasse putarunt non esse in catalogo Societatis connumerandum, qui consecratione episcopali ab oboedientia Superiorum S.I. eximebatur. Sed omne dubium evanescit hoc testimonio: *In the manuscript Catal. Sociorum et Offic. S.I. in Americae Septentrionalis Statibus Foederatis, ab an. 1825 in 1826, he is mentioned thus: P. Benedictus Fenwick renuntiatus Episcopus Bostoniensis* (Cf. Woodstock Letters, 1903, 32, p 200).

S. D. Honoratus Habeiche. In relatione Vice-Postulatoris (a. 1932) de martyribus libanensibus hoc de H. Habeiche legitur: *Duodennis petiit Societatem le-*

su et inter postulantes admissus est. A Zahlé il prit l'habit ecclésiastique, devint, tout jeune qu'il fut, maître d'école et remplit cet office avec dévouement et succès. Il avait émis le vœu de chasteté et quand Zahlé fut menacé, il refusa de s'enfuir voulant mourir avec le P. E. Billotet (iuxta testimonium Patris Billotet). Corpora martyrum, Patris., Fratrum., et scholastici postulantis Honorati, seu Cherfan, Hobeische, condita fuerunt in ecclesia Residentiae Zahliensis Ssmi. Cordis Iesu. Edictum publicum Delegati Apostolici (1933) de scriptis servorum Dei, enumerat: le Père... et les frères..., et Honoré Hobeische, de la Compagnie de Jésus. Ex dictis erui videtur hunc servum Dei in Societate Iesu haberi ut suum membrum: quod "Synopsis Historiae Societatis Iesu" (1950) col. 736, aperte confirmat.

Utrum autem coadiutor an scholasticus candidatus fuerit, non adeo liquet: potius videtur fuisse coadiutor: sic namque explicatur cur, relictis studiis (quibus ob aetatem iuvenilem incumbendum esset), in scholam Zahlé, a patria (Ghazir) seiunctus ad elementa docenda missus sit: quod munus postulanti coadiutorem profecto non dedecet.

S.D. Petrus Barbarić. Seminarii Travnicensis (in Bosnia) alumnus in exercitiis spiritualibus Societatem ingredi resolvit, sed P. Spiritualis consilio ductus, propositi executionem per annum distulit donec examen maturitatis superaret. Interea, morte imminente, petivit a P. Spirituali ut, si fieri posset, voti compos fieret: Provincialis debite informatus, per telegramma respondit eum in Societatem a se admissum esse et permisit ut vota devotionis emitteret ac vestem iesuiti-

cam indueret. Postridie quam vota emisit, exspiravit. Processu informativo peracto, Servum Dei eum appellare nobis licet [Cf. AR X, p 551, ubi P. Barbarić appellatur novitius scholasticus S.I.: et P. A. Puntigam, S.I., "Il fiore dei Balcani" (tr. ex croata) Modena, 1904].

S.D. P. Raimundus Artiques. Die 18 iulii 1935 a P. Ios. M^a. Murall, Provinciali Aragoniae, in Societatem admissus est. Cum sacerdotes in dioecesi Illerdensi (Lérida) pauciores essent, Episcopus differebat ei facultatem in novitiatum proficiscendi: per annum integrum, quamvis petitionem iterabat, Episcopus obstebat. P. Murall, ad quem pluries sua vota litteris exprimebat, ei respondebat alacriter ut Deo confideret, qui eum ad martyrium subeundum elegerat: tamen, adiungebat, Societas eum iam tanquam suum membrum habet, idque in die glorificationis eius affirmabit (Bibiloni, p 277-278).

Omnibus perpensis, nolui ut tres postremi ab hoc catalogo abessent, non tam iuridicam normam, quam Societatis consuetudinem in similibus adiunctis servatam, prae oculis habens.

PROVINCIA. Provincia, Vice-Provincia vel Missio independens, ad quam quisque pertinet P. Vivier in 4.a columna, simul cum tempore ingressus, scribit. Hanc normam duxi retinendam usque ad a 1914: in posterioribus necrologiis, Provincia reicitur ad finem.

Provinciae, Vice-Provinciae, Missiones independentes abbreviatae produntur. Earum natales abbreviationumque explicationes in n. 8 inveniuntur.

7. INDICES

I. Loca sine circumscriptione

<u>Aachen</u> (Rheinland)	Bayenthal (—Köln)	Cali (Valle)
Aalst (Fl Or)	Begoña (—Bilbao)	Calicut (dc Calicuten)
Abando (—Bilbao)	Belgaum (Mysore)	Campolide (—Lisboa)
Abord-à-Plouffe (—Montréal)	Belize, Brit. Honduras	Cannes (Alpes-M)
Acireale (Catania)	Ben Aknoun, Algérie	Canterbury (Kent)
Ahmedabad (Gujarat)	Berchem (—Antwerpen)	Carrión (de los Condes) (Palencia)
Aix-en-Provence (B-du-Rhône)	Biesdorf (—Berlin)	Castel Gandolfo (Roma)
Alcalá de Henares (Madrid)	Bikfaïa (Liban)	Castillo de Javier (Navarra)
Alexandrie, Egypte	Bilbao (Vizcaya)	Castres (Tarn)
Alleppey (Kerala)	Birmingham (Warwick)	Cayenne, Guyane Fr.
Alost (Fl Or)	Blackheath (—London)	Chamartín (—Madrid)
Amiens (Somme)	Bombay (Maharashtra)	Chambéry (Savoie)
Andheri (—Bombay)	Bordeaux (Gironde)	Chapinero (—Bogotá)
Angers (Maine-et-L)	Boston, Mass.	Charleroi (Hainaut)
Arlon (Luxembourg)	Boulogne-sur-Mer (Pas-de-C)	Charlottenburg (—Berlin)
Avignon (Vaucluse)	Bourges (Cher)	Chicago, Ill.
Azcoitia (Guipúzcoa)	Bratislava, Sl.sko	Chieri (Torino)
Azpeitia (Guipúzcoa)	Bristol (Glocester)	Chiswick (—London)
<u>Bagheria</u> (Palermo)	Brixton (—London)	Chyrów, USSR
Baia Mare (Transylvanie)	Brooklyn, N.Y.	Cincinnati, Ohio
Baltimore, Md.	Bruges, Brugge (Fl Oc)	Clapham (—London)
Bandra (—Bombay)	Bucaramanga (Santander, Col.)	Clermont-Ferrand (Puy-de-D)
Bangalore (Mysore)	Buffalo, N.Y.	Cleveland, Ohio
Barro (Torres Vedras)	Burtscheid (—Aachen)	Colombo, Ceylon
Bastia (Corse)	Calcutta (West Bengal)	

- Comillas (Santander)
 Constantine, Algérie
 Jovilhã (Beira Baixa)
 Courtrai (Fl Oc)
 Culenborg (Gelderland)
 Curitiba (Paraná)
Darjeeling (West Bengal)
 Denver, Colo.
 Detroit, Mich.
 Deusto(-Bilbao)
 Deutz(-Köln)
 Dijon (Côte-d'Or)
 Dôle (Jura)
 Doornik (Hainaut)
 Drongen (Fl Or)
 Dunaburg (Livonia)
 Düsseldorf (Rheinland)
Eegenhoven(-Heverlee) pr Louvain
 Ehrenfeld(-Köln)
 El Palo (Málaga)
 Elsene(-Bruxelles)
 Enghien (Hainaut)
 Estavayer-le-Lac (Fribourg)
 Etterbeek(-Bruxelles)
 Exaten (Limburg)
Fianarantsoa, Madagascar
 Feldkirch (Vorarlberg)
 Fives(-Lille)
 Florennes (Namur)
 Florianópolis (Sta Catarina)
 Florissant, Mo.
 Fordham, N.Y.
 Fourvière(-Lyon)
 Frankfurt a.M. (Hessen-Nassau)
 Frederick, Md.
 Freiburg (Baden)

 Fulham(-London)
Gallarate (Varese)
 Galloro (Ariccia, Roma)
 Gand (Fl Or)
 Gandía (Valencia)
 Geelong(-Melbourne)
 Gemert (N-Brabant)
 Gent (Fl Or)
 Georgetown(-Washington), W.D.C.
 Gerlikon(-Zürich)
 Ghazir (Liban)
 Glasgow (Dumbarton)
 Glesing(+München)
 Gracia(-Barcelona)
 Grand Coteau, La.
 Gratz (Steiermark)
 Grenoble (Isère)
 Grodno, Li. SSR
 Groot Zundert (N-Brabant)
 Guadalupe (Murcia)
 Guayaquil (Guayas)
Hackney(-London)
 Hamburg, Deutsch.
 Hampstead(-London)
 Hawthorn(-Melbourne)
 Heerenveen (Friesland)
 Heythrop (Oxford)
 Hiroshima, Jap.
 Hong-Kong, Chine
 Hoxton(-London)
 Hyderabad (Andhra Pradesh)
Innsbruck (Tirol)
 Itu (São Paulo)
 Ixelles(-Bruxelles)
Jamshedpur (Bihar)

 Javier, v.Castillo de Javier
 Jerez de la Fr(ontera)(Cádiz)
 Jersey City, N.J.
Kahlebergedorf(-Wien)
 Kalksburg(-Wien)
 Kalocsa (Bács-Kiskun)
 Kandy, Ceylon
 Kannen (villa dom.prob.
 Friedrichsburg, Westfalen)
 Katwijk a.d.Rijn (Z-Holland)
 Kew(-Melbourne)
 Koblenz (Rheinland)
 Köln (Rheinland)
 Kortrijk (Fl Oc)
 Košice, Sl.sko
 Kurseong (West Bengal)
Lachine(-Montréal)
 Laeken(-Bruxelles)
 La Guardia(Pasaje de Pontevedra)
 Lainz(-Wien)
 Lalouvesc (Ardèche)
 Laval (Mayenne)
 Leipzig (Sachsen)
 Le Mans (Sarthe)
 Leningrad, RSFSR
 Le Puy-en-Velay (H-Loire)
 Les Molineaux (villa coll.Pari-
 sien.Vaugirard, Bas Meudon, Seine-
 et-O)] Paray-le-Monial(Saône-et-
 Lille (Nord)
 Limoges (H-Vienne)
 Linz, O.Ö.
 Liverpool (Lancashire)
 Los Angeles, Calif.
 Los Gatos, Calif.
 Lourdes (H-Pyrénées)
 Louvain (Brabant)
 Loyola(-Azpeitia, Guipúzcoa)
 Lvov, USSR
 Lyon (Rhône)
Maastricht (Limburg)
 Macau, Chine
 Madurai (Madras)
 Malines (Anvers)
 Manchester (Lancashire)
 Mangalore (Mysore)
 Manila, Phil.
 Manizales (Caldas)
 Manresa (Barcelona)
 Maria-Laach (Rheinland)
 Mariano(-La Habana)
 Mariaschein, Cechy
 Marienbosch (villa dom.Exaten.)
 Mariendaal (Vepp, Grave, N+Brab.)
 Marseille (B-du-Rhône)
 Mayotte (archip.Comora)
 Mechelen (Anvers)
 Medellín (Antioquia)
 Metz (Moselle)
 Milltown Park(+Dublin)
 Milwaukee, Wisc.
 Minsk, BSSR
 Miraflores del Palo, v.El Palo
 Mobile, Ala.
 Moghilev, BSSR
 Mohilew = Moghilev
 Molenbeek(-Bruxelles)
 Mons (Hainaut)
 Montauban (Tarn-et-G)
 Montpellier (Hérault)
 Montréal, Qué.
 Mścislaw, BSSR
 Mülheim (- Köln)
 München (Bayern)

 Münster (Westfalen)
Nagasaki, Jap.
 Nancy (Meurthe-et-M)
 Nankin (Kiangsu)
 Nantes (Loire-A)
 Neuilly(-Paris)
 Neukölln(-Berlin)
 New Orleans, La.
 Nice (Alpes-M)
 Nijmegen (Gelderland)
 Nîmes (Gard)
 N.-D.-d'Ay (Ardèche)
 Nova Trento (Sta Catarina)
 Nowy Sącz, Krak.
Omaha, Nebr.
 Oña (Burgos)
 Oostende (Fl Oc)
 Oran, Algérie
 Orduña (Vizcaya)
 Orihuela (Alicante)
 Orsza, BSSR
 Ostende (Fl Oc)
Paderborn (Westfalen)
 Palma de Mallorca (Balears)
 Palayamkottai (dc Madhuraien)
 Pamplona (Navarra)
 Pannonhalma (Győr-Sopron)
 sien.Vaugirard, Bas Meudon, Seine-
 et-O)] Paray-le-Monial(Saône-et-
 Parecí Nôvo (Rio Grande do Sul)
 Pasaje de la Guardia, v.La Guardia
 Pasto (Nariño)
 Patna (dc Patnen)
 Pau (B-Pyrénées)
 Pelotas (Rio Grande do Sul)
 Philadelphia, Pa.
 Poitiers (Vienne)
 Polock, BSSR
 Poona (Maharashtra)
 Porto (Douro)
 Porto Alegre (Rio Grande do Sul)
 Poughkeepsie, N.Y.
 Poyanne (Landes)
 Prairie du Chien, Wisc.
 Preston (Lancashire)
 Puerto de S(anta)M(aría)(Cádiz)
 Pullach (pr München)
 Pymble(-Sydney)
Quimper (Finistère)
Ranchi (Bihar)
 * Raymat (Lérida)
 Recife (Pernambuco)
 Reims (Marne)
 Richmond(-Melbourne)
 Riverview(-Sydney)
 Rodez (Aveyron)
 Roehampton(-London)
 Rose-Hill (Maurice)
 Rotterdam (Z-Holland)
 Rouen (Seine-M)
St.Beuno's (Flint)
 St.Charmand (praed.nov.avenionen.,
 par.Montfort, Vaucluse)
 St.Denis (ins La Réunion)
 St.Etienne (Loire)
 St.Helier (ins Jersey)
 St.Isabel (ins Fernando Póo)
 St.Josse-ten-Noode(-Bruxelles)
 Ste Marie (ins pr Madagascar)
 Ste.Pölten, N.Ö.
 St.Saviour's (ins Jersey)
 San Cugat del V(allés)(Barcelona)
 San Francisco, Calif.
 * Rath (-Köln)

Sankt Andrä (Kärnten)	* Strasbourg (B-Rhin)	Vals, pr Le Puy-en-Velay
Sanremo (Imperia)	Surat(-Bombay)	Vannes (Morbihan)
San Sebastián (Guipúzcoa)	Sydney, N.S.W.	Verapoly (Kerala)
Santa Clara, Calif.	Szeged (Csongrád)	Versailles (Seine-et-O)
Santiago de Compostela(La Coruña)	<u>TaPaill</u> (Liban)	Veruela (Vera de Moncayo, Zaragoza)
São Leopoldo (Rio Grande do Sul)	Tanjore (Madras)	Verviers (Liège)
Sarlat (Dordogne)	Tientsin, Chine	Vich (Barcelona)
Sarriá(-Barcelona)	Tiruchirapalli (dc Madhuraien)	Villafranca de los B(arros) (Badajoz)
Satu Mare (Roumanie)	Tisis(-Feldkirch)	Villagarcía de C(amos) (Valladolid)
Sault-au-Récollet, Qué.	Tivoli (villa coll.Bordeaux, La Tresne,Gironde)	Vilnius, Li.SSR
Sayda (Liban)	Toronto, Ont.	Vinayalaya(-Bombay)
Schaerbeek(-Bruxelles)	Tortosa (Tarragona)	Voorburg(-Vught)
Seattle, Wasc.	Toulouse (H-Garonne)	<u>Wavertree</u> (-Liverpool)
Setúbal (Extremadura)	Tournai (Hainaut)	Westminster(-London)
Sevenhill, Australia	Tours (Indre-et-L)	Wijnandsrade (Limburg)
's-Gravenhage (Z-Holland)	Tremeirchion (Flint)	Willesden(-London)
Shanghai (Kiangsu)	Trier (Rheinland)	Wimbledon(-London)
Shembaganur (dc Madhuraien)	Trnava, Sl.sko	Witebsk, BSSR
's-Hertogenbosch (N-Brabant)	Tronchiennes (Fl Or)	Woodstock, Md.
Sienhsien (Hopéh)	Tullabeg (King's)	Worcester, Mass.
Sittard (Limburg)	Tullamore (King's)	<u>Zagreb</u> (Croatie)
Sommers Town(-London)	Turnhout (Anvers)	Zahle (Liban)
Soutelo (Braga)	Tuticorin (dt Tirunelveli)	Zikawei (Kiangsu)
Spokane, Wash.	<u>Valkenburg</u> (Limburg)	* Sulz (Köln)
Stara Wieś, Rzesz.	Valletta (Malta)	
Stoke Newington(-London)	Valparaíso (Aconcagua)	
Stonyhurst (Lancashire)		

II. Circumscriptiones abbreviatae(a)

